JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 193r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



eo procuratoribus predictarum partium in causa sepetac
ta M. N. procurator partis sue quandam cartam
papiream exceptionem continentem contra positiones
alias in iudicio datas et oblatas pro parte
adversa ibidem obtulit et presentavit et super
eadem predictum dominum Officialem interloqui pe
tivit. Tandem predictus dominus Officialis dictis
procuratoribus certum terminum scilicet ab hodie ad octo
dies super predictis interlocutorum auditorum
pro termino statuit et prefixit presentibus etc.

Contra positiones nuper oblatas pro parte do
mini Iohannis plebani in tali loco. Excipit procurator
domini P. plebani talis loci quod dictis positioni
bus non est respondendum ex et pro eo quod non de
scendunt de eodem libello et alias non con
cludunt et sunt vage incerte generales et in
admissibiles ut in inspectione libelli et
ipsarum positionum apparet. Predicta excipit
iure meo via et causa melioribus quibus
potest salvo iure addendi minuendi corrigendi alias
exceptiones dandi de novo etc.

Tenor exceptionis predicte

Porro advenientem siquidem termino videlicet
lune die xvij mensis Augusti hora et loco
prescriptis memorato domino Officiali iudice
iudicio pro tribunali sedente ac partium procuratoribus

Terminus prolationis interlocutorie